



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

Deus immutabilis est, sed propter nos multa mutat. Caput XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

res catholicos taceam, qui hoc cum Erasmo concorditer at-  
testantur. Et ad obstruendum ora loquentium iniqua, eti-  
am Lutherum turbatoribus ecclesiæ adduco qui locū istū  
sic intelligit in libro de venerabili sacramento b. iij folio.  
Et in libro de abusu missæ. I iiii folio. Tertio loco Lucas  
dicit, quod baptisati in die pentecostes, accepto sacramen-  
to sub vna specie, perseuerauerunt in oratione. In Corin-  
**a.Cor.ii.** tho tamen (Nam Græci semper seipſis doctiores & singu-  
lares in multis erant) sub dupli specie illud acceperunt,  
**10.ay.16.** nihilominus hoc fixum & firmū manet, quod omnes apo-  
stoli in die Pentecostes laicis, hoc sacramentū sub vna spe-  
cie dederunt. Ergo hæc communio antiquissima est, quā  
spiritus sanctus apostolos docuit, quando omnem verita-  
tem eos docuit, etiam iuxta fascinatorem populi ne verita-  
ti obedient, ipsum Lutherum. Qui id ipsum nempe, quod  
non est necessaria vtraq; species ad salutem nec præcepta  
Christo, plus quā in viginti alijs locis scribit, ut libri eius  
attestatur, quos hic subtiliter causa breuitatis. Ecclesia autem  
catholica, modum Apostolicum approbavit, & ab omni-  
bus concorditer seruandum præcepit in concilio Conſa-  
tienti, & filij obedientiæ ei in hoc obediunt vniuersi. Hic  
transeo multa, gratia vitandæ prolixitatis.

*Deus immutabilis est, sed propter nos multa  
mutat.* Caput XLIII.

**A** **Q** Vid ergo? Num Deus vt homo mutatur? Nunquid  
**Num. 23.** apud Christum est: est & non? Absit à Deo hæc im-  
**Mal. 3.** pietas. Sed Deus apud quē nō est trāmutatio, nec vicisci-  
**2.Cor.1.** tudinis obubratio, qui semper idē ipse manet, eatenus cō-  
**Jacob.1.** traria præcipit & ordinat, quatenus necessariū est, & expe-  
**2.Tim.2.** dit humanæ saluti: cum omnia faciat propter electos, ut sa-  
**1.Tim.2.** fieri, & ad agnitionem sui nominis peruenire, medicos  
experi-

expertos in hoc imitando (cum Christus verus sit Sama-  
ritanus noster; apposita medicamina tribuens vulneribus  
nostris, quibus sanat omnes omnium infirmitates, & alli-  
gat omnes contritiones eorum) qui nunc dulcia, nunc ama-  
ra, malè habentibus pharmaca tribuunt: Et quod vno tem-  
pore präcipiunt vel concedunt, hoc alio tempore prohi-  
bent eidem ægrototo: Modò secant, modò vrunt, modò le-  
niunt dolores & fomenta apponunt. Modò hoc, modò ali-  
ud malagma adhibet: Qui sciunt quod vno tempore pro-  
dest, alio nocet: Quod pròfit vni officit alteri. Et in his  
omnibus, nec medicus mutatur, nec ars eius, dum diuersa  
& contraria parat & dat medicamina, sed ægrotantium va-  
rius status & mutatio, hanc alterationem requirit. Quod  
si medicus non faceret, aut discernere non posset vel nef-  
ciret plures occideret quam sanaret: Imò, centum aut mil-  
le occideret prius quam vnum redderet sanitati. Sic, neq;  
Deus, neq; ecclesia sponsa agni, leuitatis aut inconstantiae  
insimulari aut culpari potest in veritate, aut debet, si di-  
uersa ordinat, statuit & präcipit, quando hoc temporum,  
lòcorum, morum, personarum & euentuum utilitas requi-  
rit aut necessitas. Nescio certè an ullum rationis vestigium  
in ijs reliquum sit, qui in his fidem dicunt mutari aut sacra-  
menta. Non mutatur fides in his, sed externus modus quo  
gratiae dei participes efficimur, & sacramenta vel ministra-  
mus vel accipimus. Absurdissima etià est cauillatio, & cer-  
te indigna que refellatur, qua sycophantè stulticiam suam  
manifestant, dicentes: Si vlla in sacramento altaris muta-  
tio fieri debuisset, hoc utique Christus ipse discipulis suis  
(dubio procul) prädictisset. Quibus breuiter responde-  
mus: Ergo apostoli baptismi formam mutando, peccau-  
runt, & sapientiores Christo fuerunt: nec remissionē pec-  
catorum consecuti sunt, qui in nomine Iesu, vel in nomi-  
ne Iesu Christi sunt baptizati. Quod si nō sunt renati hoc  
K 3 modo

*Luc. 10.  
Psal. 102.*

modo ex aqua & spiritu sancto, non intrauerunt in regnum  
caelorum. Ergo apostoli eos decepterunt, & Deus sanguine  
sic deceptorum, de manibus apostolorum requiret: Sic & apo-  
stoli, fideles decepterunt, & spiritus sanctus non docuit eos  
oem veritatem: quia eadem die quae eum receperunt & eo re-  
plicti sunt, vel altera, etiam secundum Lutherum, sacramentum  
credentibus sub una specie dederunt. Apagesis ista: Tadedet  
me insanias illas commemorare, quas illi ut oracula vene-  
rantur, & quas non pudet eos mundo obtrudere. In hunc  
modum, quae proxime ex veteri testamento & novo ad-  
ducta sunt, contra lallatores istos omnia intorqueri pos-  
sunt, ut confundantur & resipiscant.

*Diuina opera actibus humanis, & rebus naturalibus  
crebro assimilantur.* Cap. XLV.

**A** **Q** uod si comparationem nostram, qua Deum patrem,  
& spousam eius ecclesiam matrem nostram, medico  
assimilauimus, suopte more deridere, exibilare & pro ni-  
hilo habere vellent, & solito suo mendacio extenuare, quo  
dicere insanissime solent, absont & indignum esse, ut diuina  
opera cum rebus humanis conferantur & eis coparentur,  
Deum immortalē, quam terribiliter excœcauit eos sua ma-  
licia, ut in apertissima luce veritatis non solum cœxutiant,  
sed prorsus nihil videat. Certè, impingunt in meridie, quasi  
**Esaie 59.** in tenebris, in caliginosis, quasi mortui: Aegyptiacas, den-  
fas, palpabiles & horribiles in tenebras inciderunt, atque in  
eis captiui tenentur inclusi. Si diuina humanis conferre no-  
licet, aut nefas est, cur Christus sub parabolis tam multa est  
locutus: Tadedet me referre, quod non pudet mendacissi-  
mè eos effutire.

*Alterationes in ecclesia fiunt, auctoritate Dei, Christi commissione:  
& magisterio spiritus sancti.* Cap. XLVI.

Nec